



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Fasti Mariani

**Brunner, Andreas
Pfeffer, Wilhelm**

Antverpiæ, [1659 erschienen] 1660

S. Lydwina V. 14. Aprilis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-42032

auditâ crudelitate, secat. Enim verò non tulit vindictam Numen, sed parricipium exempli cætitate multavit. Intercà adsunt, qui maritum castissimæ volunt conventum; vident sanguini suo innatare pudicitiam; videns cæco vestigio muris oberrantem Susanneum senem; quis tragœdiam hanc dederit? rogan. Non ausus est diffiteri auctorem se esse amens Oedipus; sed cùm atrocitatem criminis, quam videns non viderat, nunc cæcus vel sole clariorem aspiceret, non dubitavit ultrò mortem orare, & capitis in se sententiam ipse pronuntiare. Et verò hunc facile judices audiverunt, cæcumque duci scilicet iusserunt: THOMA IDIS vero tumulus ceu Martyris cultus à Cœnobitis Scetanis, Asylon deinceps fuit eorum, qui hostem Cupidinem fuderent. Nimirum jam antè cæxutiens puer oculis suis timet. Ex Menaïs.

Quoties te sentis turpibus cogitationibus pulsaris, toties ponit ante mentis oculos, quomodo Christus crucifixus est pro te. Redemptor tuus moritur pro te, & tu nescis cujusmodi sordida cogitatione sordidaris in mente. Hug. l. 3. de Ani.

S. LYDWINA V. 14. Aprilis.

LYDWINA formam obesse castitati videns, dignum virgine rata est votum, deformitatem à celo petere. Audit hoc, & omnia morborum examina misit: iis ita omnis gratia defluxit, ut nemini jam placeret cadaver domum ducere. Sed sic illa demum formosa CHRISTO visa est. Hic ex amantibus solus jam ægræ cum MATERE assidere, solus amoris sui & patientiæ symbola per Angelos lectulum ambientes ostentare: quorum certe ura recordatione LYDWINA cruciatus suprà quām